

durities & scirrhum sibi copulat: Lippiunt pruriginosè isti: inflatè illi: duriter alij: exsucce nonnulli. Lapidescunt iis, Lithiasin qui tolerant: mollia corpora Placidarot is, carnea Sarcosis adsuit: Atoniâ eas infirmante, req; omni aliquando prorsus se resolvente.

10. Omnes anguli (usq; adeo infestantur omnia) tandem absumpti occupantur. Conniventii glutinosâ Symphysi compacti: earum carunculæ Rhœade absumuntur: epynictico ulcere perpetuos rorant imbres. Utq; ad oculorum canthum melleam collectionem Anchilops cogit: itâ ad temporalem angulum cariota fistula Aegilops operatio est. Beneq; actum putant, si nec ipse Peribrofi absumptus angulus excutiat.

Silentij alti tenebris communiora illa Acheromatium, varicum, Meliceridum, Gangliorumq; mala, quæ nec hinc semper absunt, involvimus.

## Morborum

# OCVLI

Sylloge.

## SECTIO I.

### OCVLI TOTIVS.

Ἐξοφθαλμία

Oculi prominentia

Oculi emissicii Plaut.

hebetiores Plin.

Oeil de beuf

Gros oeil.

Ἀεροφία ὀφθαλμῶ

Κοιλόφθαλμος

Oculi imminutio

macies

profunditas

(oxyopostaci, Ar.)

Emmai-